de Zapolya Turcarum comes Imperatorem opem implo-
raret, Transylvania sub Clientela Turcarum effecta,
sequentibus Transylvaniæ Principibus a Turca confirma-
ti. Johanne Zapolya, Johanne Sigismundo Zapolya
Unitario, Stephano Bathori, Christophoro Bathori, Sigis-
mundo Bathori, Andrea Bathori Cardinale, Stephano
Borskai, Sigismundo Rakoczi, Gabriele Bathori, Gabri-
ele Bethlen, Catharina uxore Bethlenii, Georgio Ra-
kotzi tum, Georgio Rakoczi 2do, Francisco Rakoczi tum

Achatio

Achatio Bartsai, Francisco Rhedei, Johanne Kemény Si-
chaële Apafi, cujus tempore iterum per Legatum
Imperatorem corona Hungarica redita et Transyl-
vania Anno nimirum 1687. Dein per Gubernatores
Regios et Cancellariam in Aula Viennensi hucusq; ad-
ministrata. Hodie per Præsidem Gubernii regimen, qui
constituitur ab Hereditario Principe Maria Theresia
quæ ex sua clementia dignata est Principatum hunc
Magni Principatus nomine Anno præsenti 1768
investire.

SECTIO III TIA

DE ILLYRICO HUNGARIÆ seu SLAVONIÆ CROATIÆ ac DALMATIÆ REGNIS.

§ 1. Illyricum pro Imperii ratione in Hunga-
ricum atq; Turcicum distinguitur

§ 2. Illyricum Hungaricum a Danubio atq;
ad Mare Adriaticum inter Dravum, Savum et Unnam
flavios extenditur tribus absolutis Regnis, utpote
Sclavonia, Croatia et Dalmatia

§ 3. Fluvii majores qui Illyricum Hungaricum
interfluunt sequentes numerantur: Dravus apud Ver-
varadinum in Danubium effunditur. Savus ex Carni-
olia in Danubium itidem decurrit. Colapis Kulpa
ex Croatia in Savum exit, Unna Croatiæ atq;
Bosniæ definiter in Savum mergitur. Cherca Dri-
nus Karasma, Maracca Dalmatiæ rivi in Mare
Adriaticum effunduntur.

§ 4.

1730.

§ 4 Sclavonia Tot Orszag inter Amnem et Savum amnes ab oriente Danubio, ab occidente agro Carniolia definita in Superiorem et Inferiorem, item in Banatum ac Militarem dividitur.

§ 5. Slavonia Inferior a Danubio ad Croatiam per Orientalem regionis plagam perrecta anno 1746 Imperante Maria Theresia Hungaria Regno denuo adunata a Serbis Croatis atq Valachis et paucis Germanor ac Hungaror Agriis inhabitatur pro administrationis ratione in Banatum ac Militarem subdivisa

§ 6. Banatus Slavonia in Comitatus tres distincta est Comitatus Valpovensis seu Valkoviensis agro inter reliquos distributo.

Amnes Verocensis seu Verovitzensis Comitatus Verőcsei Vármegye cum pertinet Valpovensis Comitatus tractu reputatus aquilonare Slavonia latus jaxta Dravum amnem occupat. Ubi Verőcze Verovitza Veruca oppidum, Valpo Castrum munitum, Eszek Eszekinum oppidum amplum.

2dus Sirmiensis Comitatus Sirmia Vármegye inter Danubium et Savum confluentes. Ubi Illok Ujlakum oppidum, Bakmonostra Banorum Sedes olim Episcopi Sirmiensis, Szalankemen Zalankemen oppidum victoria Christianor Anno 1691 bello Turcico illustratum.

3tius Posegianus Posegiensis Comitatus Poszegai Vármegye. Ubi Diako Vár, Posseg Posega, Cremnek

§ 7. Slavonia Militaris quæ a Præcedente excernitur Illyrici administratur. in Prefecturas duas distincta

1 Prefectura Confinior Superior. Ubi Peter Vara Petri Varadinum reperata de Turcis Anno 1716 victoria celebratum, Carlovitz Carlovitzium oppidum, in quo

Archi-

Archiepiscopus Slavonia Græci ritus Sedem habet Mitrovitz In cujus agro destinata defendendo regimini Legio Equitum Sirmiensis subsistit.

2 Prefectura Confinior. Inferior. Ubi Ratscha, Brod, Gradisk urbs munita et capricta

§ 8. Slavonia Superior usq ad Styriæ fines excurrit in Croatarum transitu dirimens jamq Croatiæ coercitum Regionem Cis Savanam. Inhabitatur ea a Croatis, Rascianis, Græcis et Valachis. Proceres Hungarer indolem imitantur.

§ 9. Croatia Horváth Orszag a Drave amne ad Mare Adriaticum inter Slavoniam atq Bosniam in ortu Stiriam item et Carniolam in occasu protracta Dividitur in Croatiam Cis Savanam et Trans Savanam.

§ 10. Croatia Cis Savana, quæ et Slavonia Superior Stiriam versus retracta in Banatum atq Militarem Distincta Comitatibus quibusdam et Prefecturæ Militari una absolvitur.

1 Varadinensis Comitatus Varadyai Vármegye in Styria et Hungaria confinio. Ubi Varadin Varadinum arx libera et regia

2 Crisiensis Comitatus Crisiai Vármegye. Ubi Creütz Körös Varasthely, Crisium Civitas libera regia munita, Kralowa Velika, Regia magna oppidum

3 Zagrabiensis Comitatus Zagrabiai Vármegye Ubi Zagrab Zagrabia urbs Episcopalis

4 Zagoriensis Comitatus Zagoriai Vármegye partim Varadiensi partim Zagrabiensi finitimus. Ubi Krapina arx Zagoria montibus inverditus.

5

5 Praefectura Militaris Varasdiensis per Regiones Cis Savanas dispersa. Ubi Varasdin Varasdinum munitio cum Castro.

§ 11. Croatia Trans Savana seu Croatia Propria a Savo amne ad Dalmatiam, et a Carniolia ad Bosniam excurrit in Regiones duas Hungaricam atq. Turcicam dispescitur.

§ 12. Croatia Hungarica Croatia in Banalem et Militarem distincta cis Unnam amnem sedet.

Militaris Croatia partem Praefecturae Carlostadiensis in se continet procedit in limite Carniolia usq. ad Dalmatiam: Ubi Carlstadt Carolostadium munitio insignis Colapi atq. Corona amnibus conclusa Crisanitae Cetinicium, Tuninum oppidum militare.

Banalis Croatia Praefecturam limitaneam cis Unnam amnem complectitur. ubi Dernina urbs Ottorita Chrasterizium munimentum, Kostanitz Costanicium propugnaculum.

§ 13. Turcica Croatia trans Unnam amnem ubi Novigrad Novigradum oppidum, Vihitz Vihitza oppidum praesidio Turcor defenditur.

§ 14. Dalmatia Dalmatiae Ortsag in Hungaricam, Venetam, Turcicam et Ragusaeam Regionem secatur.

§ 15 Hungarica Dalmatia in Regionem ubi Zengh urbs, Ototschatzensem ubi Ottochatz Zwonigradiensem, ubi Zwonigrad oppidum, Dirichiat, et Lycanam ubi Lycani, Corbaviensem Corbaviae distinguitur.

§ 16. Veneta Dalmatia per Continentem et Insulas protenditur. In Continente occurrunt Zara Brevitanis atq. Archiepiscopi Sed. Sebenico urbs Episcopalis, Spalatro Spalatrum urbs maritima Archiepiscopalis. Xarenza Xarona, Xarenta urbs

Insulae ad Venetam ditionem pertinent. Vegia vel Veglia cum oppido, Arbe Arba vino excellens Pago Pagum Insula salem certatim suppeditat, Grande seu Isole greche, Lissa vel Issa, Curzola vel Corcyra Nigra

§ 17. Ragusaea Dalmatia in extremum retrusa meridiem in Continenti et Insulis continetur:

In Continenti Ragusani juris sunt Ragusa urbs ampla munita forma elegantis sedes Archiepiscopi Gravosa locus amenus Ragusanis hortis voluptuariis refertus.

Inter Insulas Ragusanis subjacentes Sabioncello peninsula ubi S. Croix Portus S. Crucis et Stagno Tittenium urbs Episcopalis. Melada Melita Insula Dalmaticae in mari Adriatico extensa.

§ 18. Turcica Dalmatia a Bosnia ad Montenegrum pertingit. ubi Scardona Sicodar urbs Episcopalis cum castro. Clinowo Clinovia oppidum elegans Herzegovina Herzegovina urbs ampla hospitium Dracoli praebet

§ 19. Archiepiscopatus Catholici numerantur 3, Jadrensis, Spalatensis, Ragusanus, quibus annexi sunt Carlovitzensis Graecorum. Episcopatus sunt octo. Metropoles sunt Croatiae Zagrabia; Dalmatiae Hungaricae Zengi; Dalmatiae Venetae Zara; Dalmatiae Ragusanae Ragusa; Dalmatiae Turcicae Herzegovina; Slavoniae Essek.

§ 20. Ager Illyrici Hungarici a nimbis, nemoribus celtiberis diversus frumentum, vinum, oleum, pecus item ad victum et amictum necessaria affatim profert.

§ 21. Incolae sunt Slavini qui cum Serbis seu Rasciensis in unum coaluere populum permixti cum quibus Hungaris et Germanis. 2 Croatae 3 Dalmatae

730.

Dalmata, et Morlachi h.e. Mauro Valachi. Sermone utuntur Slavonico, qui in variis Dialectis proprium Dalmatica, Croatica, Rasciana seu Serbica. Praeterea loquuntur Hungarico, Germanico, Italico, Turcico et Valachico idiomate. Vestem habent Hungaricam, Venetam atq. Turcicam. Occupant rusticatione, negotiatione, militia, et navigatione.

§ 22. Slavonia, Croatia et Dalmatia in quantum sub Ae Augusta Domui Austriaca habent Prorege seu Banum, qui Regis Hungariae nomine administrat. Croatiam vero Militarem cum Civili Praefecto seu Gubernatore iidem Regis Hungariae nomine administrat. Dalmatiam vero Venetam Provisore reipubl. nomine, Turcicam Praefecto seu Bassa Turcae Imperatoris nomine, Ragusaeam Dalmaticam Magistratu cum Rectore, si qui quibibet mense eligitur, et sub Regis Hungariae, Imperatoris Turcae, et Venetae Resp. clientela Civil. administrant.

§ 23. Causae partim ad Magistratum Tavernicalem partim ad Tabulam Banalem proveniunt, Forum Banale interdum causas quasdam accuratioris revisionis gratia destinatas ad Regiam et inde ad Septemviralem transmittit Tabulam.

§ 24. Reditus regnicolis ex tributo, vectigali commerciis ferme et rei agrariae atq. pecuariae procuratione emanant.

§ 25 Vires quod attinet. Ex Croatia amplius quinquagena, ex Slavonia viginti praesidialium militum lege Regni ad arma cogunntur.

§ 26. Religio hic viget Romano-Catholica et Orientalis Graeci Ritus.

§ 27 Literae quidem Zagrabiensi Gymnasium Academicum exemeris, non magnae sunt in gente hac imperitia cura.

§ 28. Regnat in Illyrico Hungarico Maria Theresia

177

CAPUT XXImum
DE
TURCIA EUROPAEA
SECTIO IMA
DE
TURCIA in genere

§ 1. Turcicum Imperium per Europae atq. Asiae eram latissime protractum in Europaeam atq. Asiaticam Turciam scinditur.

§ 2. Turcia Europaea dividitur in Provincias 9. Septemtrionem occupant: Valachia Transalpina, Moldavia, Bessarabia, Tartaria Minor. Orientem prospectant Bulgaria, Romania, Meridiem Athos Graecia, Morea cum Insulis, Occasum versus: Dalmatia, Servia Illyrici Turcici Provinciae duae. Ves et occasa incipiemus. Provinciae Imperii Ottomanici extra Europam sunt in Asia Natolia Georgia, Turcomannia, Diarbeck, Arabia atq. Syria Ae Africa Aegyptus et Barcan, quibus Tripolitana Tunetana et Algeriana res Respubl. clientelares adiiciunt.

§ 3. Regimen Imperii Turcici est monarchicum idq. cum tyrannide conjunctum. Competit illud jure hereditario antiquae genti Ottomanicae, ex qua unus ratione primogeniturae Princeps imperio praeficitur, reliquis ne pretendentes excitent in ergastulum conjectis, ut inde post obitum imperantis Principis ad thronum succedere Optimatum electione. Administratur vero Turcia per Collegiana Summum, quod Divan dicitur, in Provinciis

cir per Praesides atq. Praesides Provinciarum quas Begler-
begos, Bassas, et Sangiaccos appellant. In Summo
Divani collegio consultatur cum Imperatore qualibet
hebdomade 4 Ministri Summi quatuor Summos exerci-
tus Duces Magnus Vezier, Summus Thalassiarcha
Capitain Bassa, Gubernator urbis Constantinopolitanae
Caimacan, Praetor militum Praetorianorum Janitzarorum
Aga. 2 Ministri Subalterni totidem: Praefectus
Castrensis Seraskier, Thesaurarius Tefterdar, Cancella-
rius Reis Effendi, Aulae Praefectus Capi Aga. 3 Di-
versi Duces belli Vezier, Praetores Begleibey, Prae-
sides Bassa, Praefecti Sangiack &c.

§ 4 Vires Imperii, quales ad normam militarem rediguntur esse fere insuperabiles. Praeterea
nam terrestri terrenda armata militia, navali etiam
terrente naves actuarias hosti objiciunt.

§ 5. Religio per Turciam Europaeam viget Graeco-
rum Ritus, et Mahometana ad ductum Alcorani
et secundum Omar Doctoris instituta. Quae haec a Mufti
Successorum Principe, illa a Patriarcha Constantinopoli-
tano una atq. Archiepiscopis ac Episcopis gubernatur.

§ 6. Litterae meliores propter institutam gentis
barbarae negligentiam adhuc jacent. Hinc Turcae
atq. Christiani apud eos ea tt. tradunt studia, quae ad
ritus Doctrinamq. Religionis pertinent.

SECTIO IIDA.

DE ILLYRICO TURCIAE. id est BOSNIA SERVIAque.

§ 1 Illyricum Turcicum a Slavonia ad Roma-
niam Bulgariamq. inter Croatiam Dalmatiam et am-
Danu-

Danubium longe late q. protenditur.

§ 2. Amnes Illyrici Turcici sunt: Sava Savus in Danubium influit. Verbasus Bosna et Drinus amnes tres, qui agrum Bosniae rigant Savo flumini mergunntur, Morava et Albaniae montibus in Danubium profluit, Ciabrus Succova qui et Thar Serviae atq. Bulgariae disterminator in Moravam fertur.

§ 3. Illyricum Turcicum in duo Bosniae et Serviae Regna dividitur.

§ 4 Bosnia quae et Rama dicitur, a gente Bosnensi vel Bosna amne cognominata in Praefecturas tres, quas Sangiacatus vocant distinguitur.

1 Bamialucensis Praefectura seu Sangiacatus Ubi Bamialuka munitio valida Sedes Praetoris inclyti

2. Orbacensis Praefectura seu Sangiacatus. Ubi Srebernick Argentina Oppidum ab argenti minere cognominatum. Orbach Orbacum &c.

3 Saralievensis Praefectura seu Sangiacatus. Ubi Sarajo Emporium celebre &c.

§ 5 Servia Serblia Serbia, quae a Rascia a Serbier gente denominata olim in Serbiam Propriam atq. Rasciam, hodie in Praefecturas seu Sangiacatus 4 distingeritur.

1 Belgradiensis Praefectura seu Sangiacatus. Urbs Sau et Danubio fluviis conclusum Banatum Macsoviae in Servia Propria occupavit. Ubi habus Sabatium munitio parva. Belgrad Xander Tjeniar Alba Graeca ad Sau et Drau confluentes extremis munitionibus munitum traditum Turcis. &c.

2 Semendriensis Praefectura seu Sangiacatus. Ubi

Semender-

ACADEMIA R. S. ROMANA
BIBLIOTECA
FILIALA CLUJ

1720.

Semender Vey Serevi Semendria munitio operis antiqui
Passarovitz Passarowitzense. §

3 Cratoviensis Praefectura seu Sangiacatus. Ubi
Nissa Naissus munitio muro atq; aggere circumvallata
Kratovo Cratovia Praefectura cognominis prima.
Dristin Dristina urbs ampla et culta Episcopatus ar-
natur dignitate.

4 Scupiensis Praefectura seu Sangiacatus. Ubi
Kovibazar Jamibazar, Kerebardum Novus Mercatus
Oppidum Praefectura primum. Foctia opp. capitosum

§ 6. Metropolis Bosnia. Bania luca, Serevia
Belgrad. Episcopatus in Bosnia 3 Bosnensis Dul-
mensis et Petrovensis; in Serevia 4. Belgradiensis,
Semendriensis, Dristrensis, Serviensis.

§ 7. Regio Illyrici Turcis est satis fecunda
et propterea parum agricultura partim rei pecuariae
commoda est. Profert in vegetabilibus frumentum, si-
num; in animantibus pecus, pecora; in mineralibus
argentum cuprumi in montibus Bosniae

§ 8. Incolae in Serbia Bosnia et Rascianae
Distinguuntur, statura ii sunt et alacres. Equos gerunt
robur pedestratus Turcis cumprimis Militum Praetorianor
Delectum est. Serme omnibus est Slavonicus.

§ 9. Religio Cristiana Graecitus unica Re-
gna propria est. Quam tamen invecta in Illyricum
Decima Mahometana vale attenuavit.

§ 10. Utrumq; Bosniae atq; Serviae regnum
Pedia in Provincias Turcarum Sangenii nomine.

§ 11. Literae mediocres nullum in utroq; regno
habent domicilium.

SEC 190

181

SECTIO IIITIA.

DE VALACHIA MAGNA. id est VALACHIA TRANSALPINA et MOLDAVIA.

§ 1. Valachia Magna dividitur in Valachiam Transalpinam et Moldaviam.

§ 2. Amnes unius regionis sunt Alutha ex Transylvania Derivatus immergitur Danubio. Jalomitza Jalomitza fontes in Transylvaniae limite habens Danubio miscetur. Sereth Sireth e Transylvania penibus ortus in Istrum exit. Pruth Porua ex Transylvaniae et Poloniae saturginibus collectus per Moldaviam delabitur in Istrum.

§ 3. Valachia Transalpina seu Mongana Ra-
mulia quae dicta, ab Hungaris Havaselfide appella-
tur, ab Istro amne, vid patere duas Leucas.

§ 4 Valachia Cis Alutam Zeurinicensem Ba-
natum seu Comitatum occupat. Quod ad annum 1719
ad annum 1739 Regibus Hungariae subiectum, et transi-
actione Belgradiensi iterum Turcis redditum. Occur-
runt hic Meadia seu Mihalz munitio aggere firmata
Orsowa Orsova vetus et nova. Illa Oppidum est medioc-
hoc munitio in Danubii insula natura arteq; firmata
Severia Severinum Sinus magnum perquam celebratum nunc
vicus in ripa Danubii.

Valachia trans Alutam. Ubi Tergovista Tergo-
gorishtum Valachiae metropolis Principis domicilio, et
Mercatus frequentia celebris. Bucharest Bucoresta a
Dembrovizam amnem opere militari communita Prin-
cipis et Archiepiscopi Sede illustris.

§ 5 Moldavia quae et Valachia Cis Alpi-
na

na seu Bogdania. Moldo in Regiones duas divisa

1 Moldavia Superior. Ubi Chotzin Cetinum validum munimentum, Satzova Secava urbs incolar numer frequens palatio Vajvodæ Moldaviæ et Archiepiscopi domicilio excellit. Jassi vel Jazi Seepanovetria urbs magna atq munita sede Vajvodæ inclyta ... vini proventu diver.

2 Moldavia Inferior Bessarabia alias dicitur jamq hodie Tartaria adscribit Europæ

§ 6. Metropoles sunt Valachiæ Transalpinæ Tergovistæ Bucherest, Moldaviæ Jassy Sacava.

§ 7. Regio supra Danubium ad aquilonem temperata et fertilis, alibi rarum et alpinum interventum desertæ loca sui dissimilis. Præter cetlus hæc frumentum, vinum, pepones, pecora cum primis equos generat.

§ 8. Incolæ unius regionis Gratio contigere propter injectum rivulos suis frenum animum habent ferocissimum.

§ 9. Regimen Turcæ dicunt et Subjectum a Ducibus Valachiæ Transalpinæ et Moldaviæ Vajvodis id est Ducibus administratur.

§ 10. Religio Christiana Græci Ritus in ampl coalescerunt genere, Mahomedana in municipiis et inter negotiatores tenuem habet. Literar rem nequam hic curæ est.

SECTIO IVTA.

De TARTARIA EUROPÆA seu BESSARABIA et TARTARIA MINORE

§ 1. Tartaria Europæa, quæ Cumania dicta a Moldavia usq ad Tanaim fluvium inter Pontum et Ukrainiam per milliaria centum versus Orientem excurrit.

§ 2. Flumina sunt hic 1 Danubius seu Ister septem ostiis inter Bessarabiam et Bulgariam in Pontum se exonerat, manet inter undas pelagi atroq proprio usq in Archipelagum semper imperterrit.

2. Nierter et Boristhenes flumina duo in Pontum mergunntur. 3. Bog Bogus ex Ukrainia medios per Bessarabiam in Pontum properat. 4 Tanais. Don in paludem Mæotidem et inde in Pontum Euxinum influit.

§ 3. Dividitur Tartaria Europæa in Regiones 2, quarum ea, quæ occasum respicit Bessarabia, quæ ortum Tartaria Minor dicitur.

§ 4. Bessarabia olim Istria pars Moldaviæ Inferior a Tartaris Budziakia cognominata in Præfecturas seu Sangiacatus 4 distinguitur.

1 Benderensis Præfectura ad Tyram fluvium ubi Bender seu Tekin Regina propugnaculum ad Istrum Dnieper insigne.

2 Oczakoviensis Præfectura seu Sangiacatus. Ubi Oczakow Oczakovia, quæ et Axiaca Castrum firmissimum

3 Bialogrodiensis Præfectura seu Sangiacatus. Ubi Bialogrod Bialogrodium oppidum munitum

4 Silistriensis Præfectura pars est Bulgariæ quam Dubrocienses Tartari incolunt

§ 5. Tartaria Minor extremum Europæ tractum per Isthmum Perecopi cum prælatum occupat, dispositq in partes duas. Una est Tartaria Noga-

(ensis

jensis in Comineus oppida pauca habet. Quod de Kazikermen f. Kinburn munitio, Aleff seu Arack Tanais munimentum insigne olim Tanai objectum

2do Tartaria Precopensis in peninsula Crimea quam Veteres Chersonesum Tauricam dixerunt. Ubi Precop Precopia, Or, Taphra Oppidum munitum in faucibus peninsulæ. Crim Tremes, Cimmerium locus exilii. Caffa Cavum Emporium magnum propugnaculis et præsidio Turcico munitum. Bacicharay Bacasara metropolis et Tartarorum Principis Sedes.

§ 6 Metropoles sunt Bessarabiæ Bender Tartariæ minoris Bacicharay.

§ 7. Regio hæc Tartariæ Europæ cælo gaudet aspero ac nubilo; Proferre nihil nisi frumentum, milium, panicum, pecus, equos, camelos, piscesq.

§ 8 Incolæ hujus regionis Laci sunt ac feroces ab armis coelum maximus alieni. Quod illi qui Chersonesum accolunt oppida inhabitant villasq; reliqui in Hordas ideste aquilonia versus sub tentoriis degunt, et pro pastionis commoditate sedem mutant.

§ 9. Serum Tartarum est Scythicum cum Slavonico in multis vocabulis commixtum. Occupantur rem pecuariam pacato equitatione, jaculatione, re frumentaria, sartoriis; bello durissima militia, plagio, et mancipiorum mercatu. Vescuntur ut plurimum butyro atq equina carne, lacteq.

§ 10 Regimen Tartariæ Europæ clientelare nomine Tartarum Imperatori subest, et a Principe Chan cognominato Optimatum Myrsin dicto cum Filio administratur. Obnoxium illud est jure hereditario Principibus de gente Kyrai, quibus extincta domo Ottomanica spes in imperio Turcico succedendi facta est.

§ 11 Religio e Mahometana quibus Christiani reperti

185

SECTIO VTA
de
BULGARIA et ROMANIA.

§ 1. Sequuntur Orientales Turcici Imperii ad Danubium Provinciæ 2. Bulgaria atq Romania.

§ 2. Montes sunt hic duo: Haemus Bulgariam a Romania distinguens, Rhodope per mediam Romaniam Occumit hic etiam Pontus Euxinus seu Mare Nigrum et Propontis Mare di Marmora cum Freto duplici Freto Constantinopolitano seu Bosphoro Thracico, seu Stretto di Constantinopoli, et Freto Dardanellad seu Hellespontico Stretto di Gallipoli.

§ 3. Annes sunt Iter 1 Danubius. Ister nomen apud Axiopolitas in Bulgaria recipit. 2 Ischa Ischar amnis Bulgariæ in Hæmi collibus natus. 3 Hebrus f. Mariza per mediam Thraciæ regionem in Archipelagum properat.

§ 4. Bulgaria pars Moesiæ Inferior a Septemtrione Istri flumine, ab ortu Ponto Euxino, a meridie Hæmo Monte, ab occasu Serviæ terminatur confiniorio.

§ 5 Dividitur in Præfecturas seu Sangiacatus 4.

1 Bydensis Præfectura. Ubi Vidin Bidynum Bidinum seu Boden Vodenum validum ad Danubium propugnaculum. Chipsovatz Oppidum frequens et strenue propugnatum. Semicilio nobile.

2 Sardicensis Præfectura. Ubi Sophia Triaditza Imperium, idq Ede Prætenis atq Strchiopolitanum metropolitanum indicyrum. Porta Trajani atq Istias maximi Hæmi, per quas transitur in Romaniam, aperit.

3 Nicopolitensis Præfectura. Ubi Nicopolis vetus magnum commercium ad Danubium

4

730.

4 Silistriensis Praefectura. Ubi Nonestra Silistria urbs magna munita et Archiepiscopalis non longe a Danubio Aliopoli, Varna Oppidum clade Vladislai I Regis Hungariae, quam Amurates Turcor Sultanus Anno 1444 ei intulerat, memorandum. §

§ 6. Romania nomen vel a Romanis vel a Romani Imperii Sede accepit; ab Illyrico et Bulgaria Hemo monte, ab Asia et Natolia Mari Nigro, a Graecia et Macedonia amne Strymone sejungitur. Sedes hae et Ottomanici Turcor Imperii, quae in Praefecturas seu Sangiacatus 3 dividitur.

1 Kirkeliensis Praefectura. Ubi Philippopolis urbs ampla et Archiepiscopalis. §

2 Byzientis Praefectura, seu Byzantinus Sangiacatus. Ubi Adrianopolis urbs magna mercatu, populo, Imperatoria et Archiepiscopali excellit. Constantinopolis seu Stamboul, Byzantium urbs ampla atq splendida Villis Suburbanis longe lateq amoena. Caput Imperii Turcici, praeterea Sultanae Regiae atq Patriarchae Sedes, portu spacioso, et mirifica Orientem Strictae Statione inclyta ad Fretum Constantinopolitanum.

3 Gallipolensis Praefectura a monte Rhodopa ad Archipelagum. Ubi Gallipolis urbs frequens cum portu capaci. Trajanopolis urbs Archiepiscopalis nobilitata. Demotica urbs laxa Carolum XII Regem Sueciae Anno 1713 hospitio excepit.

§ 7. Metropoles sunt Constantinopolis Regia Adrianopolis Palatium Imperatoris. Patriarchatus 2, Constantinopolitanus et Terdovicensis in Bulgaria. Archiepiscopatus Bulgariae 3 Chrisopolitanus metropolitanus Sardicensis, Silistriensis, Romaniae et Philippopolitanus, Adrianopolitanus, Selybriae, Trajanopolitanus.

§ 8.

§ 8. Regio Bulgaria 80 milliaria secundo Danubio protata fertilis est et rei pecuariae commeatui et negotiationi opportuna.

§ 9. Incola Bulgariae quondam robusti gentis inclyti hodie Turcor tyrannide oppressi miseriis et pecuariae studeut. Sequuntur sermone Illyrico; Incola vero Romaniae sunt Graeci antiqui Thracum atq Graecor generis orti, quibus Scythae regionis quippe Colonii intermixti sunt.

§ 10 Administratur Bulgaria per 4; Romania per tres Praefectos Turcicos, quos Sangiacos vocant. Ubi Constantinopolitano peculiaris datur et Praetor, qui Summa intra Urbem gaudet auctoritate.

§ 11. Religio Mahometana in urbibus atq Oppidis floret, Christiana Graeci ritus in Thracia quae a Patriarcha Constantinopolitano et 4 Archiepiscopis; in Bulgaria vero a Patriarcha Ternovicensi et 3 Archiepiscopis conservatur.

SECTIO VITA
DE
GRAECIA, EJUSq INSULIS.

§ 1 Graecia servato antiquo nomine in exercitum recepit meridiem peninsulae adiacentem.

§ 2. Ea inter Romaniam usq ad Danubium pertinentem, Mare Aegeum, Pelagus Mediterraneum, Ionium et Adriaticum Aequor sita est.

§ 3. Montes hic celeberrimi sunt: Scardus cum Rhodope junctus ex Macedonia et Albania finibus in Romaniae extimitatem excurrens. Olympus S. Dionysii, Ossa Pelion et Pindus Montes Thessaliae Poetis cognitii; Parnassus atq Helicon ex Pindi radicibus exit.

§ 4

1730

§ 4 Sinus hic sunt varii, Fluvii majores sunt Strymon s. Star, et Macedonia in sinum Strymonicum exiens, Primus perpetuus Albania et Illyrici determinator.

§ 5. Graecia dividitur in Graeciam Propriam Moream atq. Insulas Majores Minores.

§ 6. Graecia Propria continet Regiones 5. Macedoniam, Thessaliam, Livadiam, Albaniam Epirum.

§ 7. In Macedonia Urbes praecipuae Sunt Heraclia, Haemo mons in Macedonia et Romania finibus subjecta, Philippi urbs Pauli Apostoli epistola celebris, Mons Sancto Veteribus Athos cognominatus, Salonichi s. Thessalonica urbium Graecarum facile prima et celebra emporium, Ocrida Locrida urbs Albaniae eximia

§ 8. Thessalia. Ubi Olympus hodie Lacha et Pierius mons duo, quondam Dei Musarum. Larissa seu Larissa urbs Archiepiscopalis et prima, Ossa et Pelion montes duo quondam celebratissimi, Zeitun Zeitonia urbs archiepiscopalis, Pindus mons

§ 9. Livadia antiquitus Hellas, Achaia, Attica atq. Graecia Propria cognominata. Ubi Urbes et Loca praecipua: Parnassus mons Apollini atq. Musis Deabus domicilia illustris. Livadia urbs magna et Provinciae prima, Strives s. Thebae caput quondam Reipubl. Athenae Setines s. Athenae urbs quondam totius Graeciae celebratissima, Megara, vel Negra, Delphis Oppidum quondam oraculo celebre.

§ 10 Epirus. Ubi Dodonaeum urbium praestantissima, Larta urbs magna et frequens, Butrinto Oppidum Mediocre, Chimara s. Limara, Hieracunia

§ 11. Albania s. Arnaut pars Macedoniae Occidentalis. Ubi Aulonari munitio maritima, Durlcipus s. Olchinium Oppidum castro et porta conspicuum Albanopolis Regionis caput, Ocrida s. Locrida urbs magna mercatoria.

§ 12. Morea Veterum Peloponnesus insula peninsulae fermae cincta in Ducatus 2 dividit. Quor unus est Ducatus Clarentiae. Ubi Chiarenza Clarentia urbs mediocris, Patras Patrae urbs Archiepiscopalis. Alter Saccania sive Romania minor. Ubi Corinthus Corinthus urbs praecipua Pauli Apostoli Epistola cognita veterum non retinet dignitatem, Napoli di Romania Nauplia munimentum cum porta capax et Archiepiscopatus. Zitel Tzacomia Ubi Napoli di Malvasia s. Epidaurus, Limera urbs munita Archiepiscopalis praesertim vini atq. porci nobilis, Cabo Matapan Promontorium Tenari. Alter Belvedera, Ubi Coron Corone munitio insignis et Archiepiscopalis. Arcadia Oppidum bene cultum, Belvedera Oppidum mediocre.

§ 13. Insulae duplicis sunt ordinis Majores atq. Minores. Priores sunt 4. 1 Eubaea seu Negropont. In qua Negropont Aedificium Chalcis urbs primaria bene munita, Artemisio Promontorium.

2 Creta Candia. Ubi Canea Cydonia Veterum urbs perquam munita et porta pomaria, Candia Veterum Creta urbs primaria ampla, muniti-nibus et porta firmata, Spinalonga munitio maritima porta firmata 3 Cephalonia Juris Veneti in Mari Ionio. Ubi Cephalonia urbs prima.

4 Corcyra Corfu in potestate Veneta Ubi Corcyra Corfu urbs primaria Archiepiscopalis.

§ 16 Incolæ molles et effeminati a priscis moribus per servitutem Turcicam degenerarunt, vultu fœdo, barbâ, et integumentis Orientalium. Communis est lingua Græca.

§ 17 Regio hæc subest Imperatori Turcarum et per Rectores administratur.

§ 18 Religio Orientalis Græci ritus a Patriarcha Constantinopolitano, et Archiepiscopis Episcopisque vigilantia conservatur.

§ 19 Litteræ antiquum splendorem perdiderunt.

CAPUT XXIIDUM

DE

ASIA.

De Asia agemus primùm generatim et tandem de Partibus ejus.

Minores Insulæ per annum Pelagi latus dispertita jacent. Orientales Insulæ cum Sporadibus Equitur præcipuæ sunt. Stalimene s. Lemnus Vinum et Terram sigillatam profert. Imbrus cum Archiepiscopatu Græco ritus orientalis. Metelino seu Mitylene, Lesbus cum Episcopo et pervetusto nomine, Scio Chius Insulas præstantissimus vino Malvatico, marmore, aliisque rebus affluit. Samos Samus Episcopo Græco vallium sibilarum insignis celebrant. Patmos Patmus Insula exilio Joannis ejusque Apocalypsi memoranda. Longo ab Hippocrate patria. Occidentales Insulæ cum Cycladibus in occidentali Archipelagi parte. Scio Scius deserta Eubœam fere vincit et Hippolycellis Ithaca cum Episcopo ejusque nominis. Xenos Paxi Paxus parva et marmore clara Insulæ quæ in Jonio Mari occurrunt Dulichium Venet. S. Maura Leucas, et Zante Zacynthus.

§ 24 Archiepiscopatus Græci sunt 6: Athenarenses, Dirrhachinus, Ochridenses, Candicenses, Naxienses. Metropoles: Salonichi Macedoniæ, Larissa Thessaliæ, Livadia Livadiæ, Arsino Epiri, Albanopoli Albaniæ, Pamphi Maris Candia Candiæ, Negropont Euboeæ

§ 15 Regio Græciæ et sub et cœli meliori et fecundæ soli ubertate et salubritate. Proveniunt hic inter vegetabilia, frumentum, Ficus, vites Smyrnenses, vimina pendentia, uvæ passæ, amygdalæ, malacia granata, aurantia, gossypium, aloe, mastix, inter animalia pecus Scythi generis, equi Thessalici, inter fossilia, sal, marmor, terra sigillata

§ 16

1730.

SECTIO Ima
DE
ASIA Generatim

§ 1 Asia Orbis Veteris pars maxima in Oriente conversa denominationem ab Asia Oceani ac Thetidis Filia Japheti uxore acceptile dicitur.

§ 2. Asia suâ magnitudine non solum Europam, sed et Africam, imò secundum quos utramq; simul adequat. Longitudo ejus est ab Hellesponto usq; ad Coream 1500 mill. Germ. Latitudo vero ab ipsa Malacca Indiæ usq; promontorium Tabin quod est ad freum Anian 1 Veygatz mill. Germ. 1000.

§ 3. Regio hæc diversam induit cæli faciem naturam. Ea pars, quæ in Septemtrionem vergit aspera et, perfrigida, et minus fœcunda; quæ vero meridiem prospectat cum cœlo tum solo benigna et proprera rerum, quas tellus profert mirifice fertilis.

§ 4 Asia primum sacra, mores, rationemq; vivendi aliis docuit, hic enim homo creatus, divinisq; legibus decoratus, hodie tamen inertiæ habet ut plurimum barbaros, rerum non sit quam veneri meliciq; dediti, hinc superbo et delicato utuntur dicendi genere, unde Mos dicendi Asiaticus in Proverbium abiit.

§ 5 Tota Asia per Imperia 7. Persicum Tartaricum, Moscoviticum, Chinense, Japonicum, Turcicum atq; Russicum. per Regna 64 et Principatus 34 ut infra videbimus administratam.

§ 6 Religio Asiatica 4plicis est generis. Christiana partim Orientalis Græci Ritus, Armeniaca, Nestoriana, et S. Thomæ in India, partim Occidentalis R. Catholica, Evangelica, Reformata. 2 Mahometana in Omar et Aly Sectas divisa. 3 Judaica, et quidem cum conjuncta est Samaritana. 4 Pagana in qua Chinenses et Brachmanum in India nationes sunt.

§ 7. Dispescitur tota nostra Asia in Regiones majores xi hoc ordine. Septemtrionem obtinent 1 Tartaria Russica 2 Tartaria Chinensis. 3 Tartaria Deserta. Orientem occupant 4 Japponia Insulæ 5 China. Meridiem respiciunt 6 India cum Insulis. 7 Indostania, 8. Persia. Occidentem claudunt 9 Turcia Asiatica. 10 Cyprus atq; 11 Rhodus Insulæ.

SECTIO IIda.
DE
TURCIA ASIATICA.

§ 1. Turcia Asiatica Die Asiatische Türkey Türök ország olim Græcor atq; Romanor Imperii pars nomen a Turcis mutuatit, descriptaq; occidentalem Asiæ partem.

§ 2. Clauditur in Septemtrione Ponto Euxino, et Caucaso monte, in Ortu Regno Persidi; in meridie Oceano et Sinu Arabico; in Occasu verò Mari Mediterraneo, Archipelago et Propontide.

§ 3. Montium altissimi eminent 1 Caucasus, qui Ponto Euxino et Caspio Mari imminet 2 Taurus mons, qui ex Ta-

ex Natolia per Turcomanniam usq in Persiam
procurrit.

§ 4 Maria quibus incingitur sunt: Pontus Euxinus seu mare Nigrum. 2 Propontis Mare di Marmora cum Bosphoro Thracico seu freto Constantinopolitano, atq Hellespontico seu freto Gallipolitano. 3 Archipelagus Graecia seu Mare Aegaeum 4 Mare Syriacum. 5 Sinus Arabicus seu Mare Rubrum 6 Mare Arabicum. 7 Sinus Persicus Golfo di Balsora

§ 5. Flumina Majora 4 numerantur. 1 Sagaris Sagar amnis Natoliae in Pontum Euxinum cadit. 2 Araxes Arax fluvius Turcomaniae in Mare Caspium properat. 3 Euphrates Affrat, Morattis regionis Tigris Bagdad agrum interluit. 4 Bagilatte Regis Turcomaniae ac Diarbecirae flumina in Tigrim Persicum una Euphrate exit.

§ 6 Dividitur in 4 Provincias. Quarum Amasia est Georgia 2 Turcomania, Diarbeck et Bagdat 3 Arabia. 4 Soria et Natolia.

§ 7. Natolia olim Asia Minor Ponto et Mari Mediterraneo conclusa in regiones 4 dispertitur. Amasia est Natolia. Ubi Caesarea Cayaum oppidum magnum, in quo Praetor Turcicus sedet. Libra Libyssa in qua Hannibal sepultus est, Chalcedon Chalcedonia opp. a Concilio Oecumenico IV memorandum, Nicaea Nicaea urbs patria Concilio Oecumenico Anno Anno 325 habito et Sede Graecor Imperator clara. Eskihalbar Laodicea

dicea una ex 7 Asiae Ecclesiis, Magnesia Magnesia opp. frequens Scipionis victoria et Antiochi clade memorandum, Efeso Ephesus opp. exile Episcopum Joannis Evangelistae atq Dianae templo illustre. Smirna Smirna, Bergamo Pergamus propter corium pergamenum nobilis. Troja cum Ilio arce in ruderibus jacet. f

2da Amasia Amasia, ubi Tocat Tocatum, quod et Neocaesarea urbs angulo peculium imperantis Hominis in quo flavum corium Cordubense paratur.

3tia Aladulia Aladuli quondam Armeniae minoris et Cappadociae pars. Ubi Maraschi Marasia opp. frequens hospitium Beglerbego praebet.

4ta Caramania Caraman per Ciliciam Lycaoniam Isauriam Pisidiam Pamphiliam atq Lyciam protenta est. Ubi Tarsaro Tarso Tarsus urbs Archiepiscopalis Pauli Apostoli Patria. Cogni Iconium urbs magna regionis Caput, Praefectiq Sedes.

5ta Cyprus qua et Macaria Insula Lucaniae Veneris. Ubi Nicosia urbs magna Archiepiscopum atq Praefectum regionis hospitio excipit, Paphos Paphia urbs loca quondam Veneris cultu nunc mercatu nobilitata

6ta Rhodus Insula omnibus bonis affluens et opulentis celebris, atq Equitum ordinis equestris hospitio celebris. Ubi Rhodis Rhodus munitio valida, triplici muro aggere et castro munita circumsepta Turcis atq Judaeis inma maxima, Christianis in ea subur-

suburbano

Subarbano domicilium p̃mittit.

§ 8. Georgia Turcis Gurgistan Principatibus 6 in Colchide Iberia et Albania agro distinguitur. Quor

1mus Mingrelia Principatus ad radices Caucasi ubi quondam Colchis scrabat Christiano parent principi. 2dus Imeritia Imereck Principatus Christianus. Ubi Imereck ♱ 3tius Guria Principatus Christianus, qui et Guriel Gurgistan cum suis oppidis. 4tus Carduelia Carduel Principatus Mahometanus. Ubi Teflis ♱ 5tus Gagueria Principatus Mahometanus Cachori seu Gangheti vocatus tenuis et incultus in Albania agro et pestare Derbar. 6tus Dagestania Dagestan Principatus in littore maris Caspii in potestate Turcor.

§ 9. Turcomannia Veteribus Armenia Major dicta in duas dictas Regiones 1 Turcomannia Orientalis cum Persia conjuncta a Persis Irvania Irvan appellata. Ubi Erivan Irvan ♱ 2 Turcomannia Occidentalis Xabetiana contingit Ubi Erzerum Arzinis Simyra metropolis totius regionis magna potentiq; sedem Praefecto et Janissaror Praetori praebet. Ararat Mons Gordyaeus altus, et in longum porrectus, in quo area Noe conquieverat, Eremitar et habitaculum. ♱

§ 10 Diarbecira Diarbeck per Assyriam Babyloniam et Mesopotamiae regionem promota Diocesibus nitus absolvitur. Ubi

Curdi

Curdistania Cirgistan Veter Assyria a monte Curdes denominationem traxit inter Turcos et Persas dirimitur. Suis divisa cum suis oppidis.

2 Diarbecira Propria Diarbeck quondam Mesopotamia dicta Tigri atq Euphrate fluminibus coarctata. Ubi Diarbeck veteribus Amida dicta urbs porampla sede Praefecti et purpureo corio Cordubensi memoranda. ♱

3 Iraccia Irack Ierack antiquis Babylonia atq Chaldea cognominata ad Euphratis atq Tigris confluentes condidit. Ubi Bagd Bagdadum urbs eximia magnitudinis ad Tigrim fluvium a frequentia populi, commerciis rerum, Ezechielis Vatis et Aly Mahometani sepulchris atq Praefecti Statione celebratur.

§ 11. Arabia in tres Regiones divisa nempe

1 Arabia Petrea Ammonitar, Moabitar, Midianitar Amalechitar Edomitar, Ismaelitar et Nabathaor Sedes. Isthmum atq Montes Rubri excedunt inhabit. Ubi Mons Horeb, et infra Mons Sinai in quo lex a Deo tradita fuerat. ♱

2 Arabia Deserta Ubi Anna ad Euphratem oppidum mercatu nobile sui Principatus primum tributum Praefecto Turcico praebet. ♱

3 Arabia Foelix. Ubi Mecca urbs frequens cunabulis Mahometis et peregrinationibus sacris celebrata. Medina Medin Alnabi Methimma urbs magna sepulchro Mahometis et peregrinationibus sacris clara

§ 12. Soria Syristan veteribus Syria

dicta

dicta in Provincias 3 distinguitur. Quar

ma Alexandrea Alexandria, Turcis Scandena, Alexandrina urbs erima Praefecti sede atq; Archiepiscopi domicilio clara. Antiochia opp. prima Christianor denominationis memorandum.

2da Tripolitana Provincia Tripolis. Ubi Tripoli di Soria Tripolis Syriæ urbs sede praefectidum

3tia Damascena Provincia, Damas. Ubi Sayd Sidon urbs quondam clarissima, Damas Damascum urbs prima Begslerbegi domicilio et ferri Damascenâ clara. Sur Tyrus opp. maritimum ex vetustis Tyri ruderibus natum. Jaffa Joppe opp. ruue, Jerusalem Hierosolyma Orientis quon dam metropolis, nunc opp. renue solo sepulcro Christi memorandum. Libana Libanus mons inter Syriam et Palestinam interjacens.

§ 13. Patriarchæ tres numerantur: Constantinopolitanus cui subsunt Archiepiscopatus 37. Antiochenus cui subsunt Archiepiscopatus 34. Hierosolymitanus cui subsunt Archiepiscopatus 29. singulis vero Archiepiscopatibus sui subsunt diversi Episcopatus vide Geograph. Jean-Sable pl. 59 &.

§ 14. Rerum omnium, quæ ad vitæ commodi tatem pertinent, copia est in Turcia equidem, quam tamen et celeres ligularia, et pestilentia et bella valde imminuere faciunt. Natolia frumento, vino atq; pecore abundat, pro lignis caduis utitur arbore Libie! Georgia frumentum, vinum, pecus, metallum profert. Turcomannia equibus bombycibus et equis

generosis affluit. Diarbecria rerum omnium, quæ vitæ profert provectum habet ubertimum. Arabia thurit, aromatum, balsami odorum, auri, uni cuique equorumq; dives est.

§ 15. Turcæ magno ferro prædiri animo gloriæ denominationisq; sunt cupidi. Græci inculta torpescunt atq; socordia. Georgiani quibus Persa tartarisq; intestinis incubi sunt et crudeles. Armenii per negotiationem ex Turcomannia in omnes Turciæ provincias emigrant. Arabes Ismaelitæ seu Saraceni ex genere suscitantes gracilem ingenio callidi ac superstitiosi, quæ ii qui oppida incolunt Mauri, qui sub tabernaculis degunt Arabes cognominantur. Judæi ex Palæstina per Syriam vicinasq; provincias passim ad caba pisco in turpem detriverunt barbariem.

§ 16. Sunt hodie Turcicus, Arabicus, Græcus Chaldæus, Armenus, Georgianus. Turcæ quamvis nubiles, negotiatione et artificiis, quibus ars elaboraverunt, aulæa Babylonica, peristromata, linum byssinum, xilinum, et bombycinum, corium cordubense et Carmesinum, ferrum item Damascenum Arabes occupavere sapientia studiis, Armenii Judæi et Græci rei commerciis. Secta reliqui ruditatione et re precaria.

§ 17. Regimen in Turcia Asiatica est despoticum quod per Pratores atq; Præfectos Provinciarum administratur. Inter quos Natolia et Babylonia Pratores maxime sunt illustres.

§ 18

§ 18. Redituum publicorum valde auget et custodia Sepulchri Christi in urbe Hierosolymitana provenientes. Qui cum quia talis est, ut in Turcia Emp

§ 19. Religio in Turcia Asiatica est Mahometana Rectum Omari doctrinam, Judaica Judaica, Christiana Orientalis trium Patriarchat Constantinopolitani, Antiocheni, et Hierosolymitani providentia administratur. R. Catholica parum in imperiis parum, in urbe Hierosolymitana vali

§ 20 Litera et Sapientia Studiis Scholasticis ber Philosophia Athenaeum et Medicina doctrina Reliqui nonnisi doctrinam rei sacrae tradentem et ritus sacros curant.

§ 21. Imperat Mahomet Unus natus 1696 anno 1730 ad imperium promotus.

SECTIO IIITIA.

DE PERSIA.

§ 1 Persia Imum inclitis cognominata in Septentrione Mari Caspio et Oxo amne; in ortu Indostania; in meridie mari Persico; in occasu Euphrate et Tigri fluminibus claudiur.

§ 2. Flumina in hac regione sunt: Araxis Arar mari Caspio mergitur. 2 Oxus Ruthanen Kurkan eid. mari infundiur. 3 Indus in mar cadit Indicum. 4 Euphrates Tigri fluvio acti in Sinum cadit Persicum.

§ 3.

§ 3. Longitudo Persiae est 950 Caniud. 300 mill. Germanicor.

§ 4 Provinciae hic sunt variae 1 Iraca Provincia. Ubi Casbin urbs quondam Sedes inclyta. Hispahan Aspahanum olim Metropolis urbs Sedes Imperatoria et imperii celebr. Olim haec Provincia dicta Parthia.

2. Servania Provincia, Schirwan Sirvan olim Albania. Ubi Derbent olim Alexandria Albaniae

3 Adirbeisania Provincia Adyrbeizan. Ubi Tauris Tebris urbs in Ecbatana ruderibus posita

4 Kilania Provincia Kilan v. Gilan olim Hyrcania dicta.

5 Carasania Provincia Chorasan in Bactriana et Margiana regione, cum Siustania et Balcha regnis. Ubi Siustan, Herat Herstum urbs ampla et frequens Meled Mescher Thus urbs non exilis Sanctor virorum sepulchris celebrata.

6 Sablestania Provincia Sablestan metropolis eiusmodi septa. 7 Candaharia Provincia Candahar extrema in finibus Indiae ubi Candahar urbs munita.

8 Segestania Provincia Seistan Sizistan et Zeregos quondam Drangiana Ubi Sagestan v. Zerenges urbs primaria. 9 Macrania Provincia Mekran olim Gedrosia dicta. Ubi Macran. 10. Caramania Provincia Kerman Kyrmam. Ubi Kyrman Cerman metropolis et imperium.

11.

11 Insulæ in sinu Persico jacentes duæ sunt. Ormus Ormuzium, Armuza cum oppido hujus nominis, in qua emporium visitamus. Bahr Bahrein Baharena Insula sale et unionibus dives.

12 Farsistania Provincia Farsistan Persis propria ubi Schiras Schirazium urbs magna et elegans ex Persepolcos ruderibus excitata atq; collegio sapientia illustris. 13 Sufistania Provincia Sufistan Chusistan Susiana. ubi Sus Susa metropolis Athasveri Regis quondam regia. 14 Laurestania Provincia Laurestan. 15 Chubdistania Provincia Churdistan pars Diarbecira inter Persas et Turcos dividitur. Ubi Bitlis Bitlisia urbs sub clientela Persica.

§ 5 Patriarchatus Christianor unus est in urbe Hispahan. Metropoles in Imperio Persico Casbin, Hispahan. Academia in urbe Schiras

§ 6. Regio salubris, in qua mira cum æstate hyemis clementia, omnium rerum est fertilitas. Profert a vegetabilibus frumentum, oryzam, milium leguminа, fabas, cimum, pruna citrea, aurantia persica pruna alia, dates, pistacium, myrrham nardum, herbam nicotianam. Et animantium pecus, equos feros, leones, panthéras, tigrides, camelos, apes, bombyces, ex iisq; mel, ceram sericum Et fossilibus metalla, mineralia, uniones, adamantes, jaspidem, lapidem bezoardicum. Aut essentias, vestes textiles, tapetes, peristromata, aulæa Babylonica

§ 7.

§ 7. Incolæ ex Persis Armeniis, Arabibus atq; Tartaris in unam sociamur gentem, facili et prolubdo sed ad simulandum dissimulandumq; prono ingenio ad scientiam, artium, belliq; studia magis, quam ad negotiationem propendent, et poligamia utuntur.

§ 8. Sermone utuntur Arabico inter Graiores Turcico inter Aulicos, Persico, qui cum Schytico et Germanico cognationem habet, inter Cives et plebeios.

§ 9. Regimen Persas regium est ad legem prudentiæ et humanitatis exactum, et hæreditarium summa in Subditos clementia temperatum. Reges eos Sachi apellati.

§ 10. Reditus publici ex vectigalibus, decimis frumenti, metallis, tabernis et donis Subditor in erarium Regis influunt quotannis permagni. Quos magnitudine inducta Tamas Sophi peregrinationum tributum abrogavit.

§ 11 Vires Persas adeo succrevere, ut jam Turcor perpetuæ obsistere queant.

§ 12. Religio Mahometana, quam Persa secundum Aly sententiam amplexi sunt, ab omni, quam Turca observant secta in quibus, pertinentibus disrepat. Summus Sacrer Antistes Persis dicit, qui primo pulpito Regem loco excipit. Sunt quæ de Judæi, Melchitæ Nestoriani, Armeniq; Christiani, atq; Pagani

§ 13. Literæ summa cum industria colunter in Philosophia, Medicina, Mathesi, Astrologia Academia Civili, Eloquentia atq; Poesi.

730.

SECTIO IVTA
DE
INDIA SEPTEMTRIONALI
seu
INDOSTANIA.

§ 1. India, quam hodie Orientalem vocamus contingit ab Aquilone Tartariam, ab ortu Chinam; ab austro Oceanum Indicum, ab occasu Persida imperium.

§ 2. Regio haec dispescitur in Indiam Aquilonarem seu Indostaniam, et Indiam Meridionalem.

§ 3 India Aquilonaris seu Indostania Imperium Magni Mogolis cognominata septemtrionalem India eram dicitur.

§ 4 Extant hic tres montes, quos nonnulli Caucasi partes esse existimant. 1 Imaus seu Belangver effundit Indum et Gangem flumina 2 Emodus. 3 Paropamisus, a meridie hisce regio ingens ad occasum in planitiem immensam extenditur.

§ 5 Amnes vastissimi duo. Indus seu Hyndus vel Sind in mare Persicum gemino ostio provolvitur. Ganges seu Ganga properat in Sinum Bengalensem.

§ 6 Dividitur tota Regio in Provincias 36.

Cujus

Cujus Latitudo est 30o et Longitudo 60o milliaria Ger.

§ 7. Metropoles habet. Agra Jehanabat Dehli urbes Regiae, et Attock, Ger, Jekenack Palatia Regia. Portus Bengala, Saratan, Camboya, Diu &.

§ 8. Res quae praeter haec Regio sunt in Vegetabilibus: frumentum, legumina, oryza, cannabis, anisum, sinapi, arundo, uvis, crocus, cinnamomum, nardus, opium, piper, aroma, melissa, pix, resina, rosmarinus flores diversi, &
in animalibus pecus, equi, elephantes, rhinocerotes, tigrides, simii, sciuri, crocodili, perdices, psittaci, galli indici, cervi, vespertiliones, serpentes, cicadae, glires, struthiones, apes; in fossilibus aurum, argentum, adamas, smaragdus, saphirus, hyacinthus, chrysolithus, amethystus, sardonyx, topazius, carbunculus, jaspis, agathes, haematites, ophites, marmor, sal petrae. Aer quoque fingit lini
lineum xilinum bombycinum, vestes lineas, coloratas et variand en metallo et lapidibus pretiosis lapsolechitum.

§ 9. Incolae qui partim ex antiquo Indorum genere partim ex Mogulis Tartaris oriuntur, faciem lata et subfusca, ingenia tamen gaudent, ad artes et humaniorem cultum primis proni.

§ 10. Regimen Indostania, quod Tartari Mogulis Seculo 17 Duce Tamerlane occuparunt, est despoticum. Tenet illud Imperatoris titulo Magnus Mogol

ex

a genere Tamerlanis, quem Indi Padschach id est Magnum Dominum apellant. Administratur Regnum hoc per Administros Italicos, scis in Provinciis per Oratores atq 20 Regules dicunt latos.

§ 11. Reditus Indostanis ex rebus naturalibus et artificiosis productis, vectigalibus hereditariis, tributis Incolarum scriptis ad 300 milliones quotannis computantur. Hinc immensus ille thesaurus, in quo 1500 milliones auri et argenti signati, 2000 milliones auri et argenti crudi, unionum item lapidum pretiosorum numerabantur, quem tamen Anno 1739 Tamas Kouli-Kan Imperator Persarum diripuit.

§ 12. Vires Indostanis forent insuperabiles, si animos iisdem non defecisset. Potest belli tempore 300 equitum et 90 peditum millia cum 90 elephantum millibus habilibus agere. Quae tamen 30 equitum et 90 peditum millia et Hungarico et Germanico exercitu bene facili negotio profligare possunt negotio.

§ 13. Religio officiis et nominis. A Mahometano addictus est Imperator cum Administris et Provinciis 2dum Hembeli dochiman. 2 Pagana in 4 Brasmani, Rabbuni, Bajani et Soudranum Secta divisa est. 3 Christiana in Thomitas in regno Cabul et R. Catholicos dochiman ritusq distinguitur.

§ 14 Litterae Indiis soli Brasmini Brachmanum Successores editi sunt. Reliqui artes bellicas amant cum agricultura.

SECT

SECTIO VIA.

DE INDIA MERIDIONALI CIS et TRANS GANGEM.

§ 1. India Meridionalis jungitur in aquilone Indostanis, in ortu China imperio et Oceano, quam in meridie et occasu mare Indicum alluit.

